mors apellatur q(uo)n(iam) [illegible]ius que mortis auctor est et mortis animę
uidelicet et eius quando anima separatur a corpore; Et dominabuntur eorum
iusti in matutino; In p(rae)senti quidem extolluntur reprobi et affligunt
pauperes ac humiles iustos et dominantur eis ac affligunt poten
tia sua; Sed in matutino .i. in die iudicii quando finitis tenebris huius uitę
uerus sol effulgescet damnatis et humiliatis [illegible] iusti exaltabuntur
et dominabuntur eorum .i. reproborum. Et auxilium eorum ueterescet.
Auxilium reproborum sunt propinqui et amici eorum in quibus confidunt sine et [illegible]
thesauri et diuitie eorum que ueterescent .i. adnullabuntur ad nihilum
redigentur post mortem eorum; Verumtamen deus redimet animam meam;
Vox christi est ex persona membrorum. Confidens enim christus in passione
sua de resurrectione sua dicebat securus; Deus pater inquit redimet te animam meam .i. faciet me tertia die resurgere; Sed et nos ueraciter
credere debemus quia cum per carnem morimur animam tamen sal
uamur; Ne timueris cum diues factus fuerit homo; Unumquemque
fidelem alloquitur propheta. cum inquit uideris malos et se[illegible] et
bonis presentibus extollentes noli timere quasi [illegible] sem[illegible] [illegible]tinere
possint. Et cum multiplicata fuerit .i. aucta pecunia et thesauri
et diuitie. Gloria domus eius .i. pompa; Quoniam cum interierit non sumet
omnia .i. nihil de bonis que hic possedit secum [illegible] Neque
descendet cum eo gloria eius; Quia anima eius [illegible]
dicetur .i. laudabitur ab adulatoribus suis et [illegible]
[illegible] .i. laudabit te ex diuitiis [illegible] acceperis; [illegible]
[illegible] glorificant deum qui ei in presenti tanta bona concedit; At si uni
uersitas ulla conturbauerit statim blasfemat; Nec dei flagellum
patienter tolerabat in quo apparet quia non propter se sed propter diuitias
colebat quas ei dederat; Sicut de uxore iob legimus quia uirum ad

VILLE DE LYON
Grande Bibl[illegible]

BIBLIOTHEQUE DE LA VILLE DE LYON

License: cc-by-nc-sa – Lyon, Bibliothèque municipale, 788 (olim 706), LyonBM788_075_41R – Fragments of manuscripts from Lyon's cathedral library (https://fragmentarium.ms/view/page/F-u6r6/337/4927)